et non nulli eccleſiarum epiſcopi in eo prelio cecidere. Gre
gorius miles ad internitōem ceſus ⁊ nec tamen pauciores
ex thurcis interiere. Emptā multo ſanguine victoriā Amu
rates domū retulit. Nec diu poſtea relicto Maomethi re-
gno quemadmodū prius deſtinauerat mortem obijt. Cor
pus eius more maiorum in burſa ſepultū. Ea eſt Bithinie
ciuitas ⁊ aſiatici regni caput. Paulo antequā obiſſet amu
ratos vxorem duxerat filiam ſponderbei nobilis inpende-
racli a Satrapis. Ex qua natū filium nomine chialapium
ſextum agentem menſem calibaſſe moriens commēdauit.
Jlle Maomethis gratiā initurus. ⁊ matrem ⁊ puerū ei pro
didit Maomethis exercitis .xxx. vt aiūt matrōis: que pue
rum cognoſcerent. Poſtquā certam Amuratis Sobolem
eſſe conſtitit. ſtrangulatum matri filium reddidit. Funuſqꝫ
regio more fraternū duxit: Auſpicia regni parricidio con-
ſectans. Sunt qui calibaſſam alienum puerum chialopini
nomine ſuppoſuiſſe ferunt. Jllū qꝫ pro filio Amuratis ne-
catum Chialapinum vero apud Conſtantinopolim clam
educatum. Poſt capturā vero vrbis inde ſubtractū. at ve
netias ductum ⁊ hunc eſſe quē calixtus pont. max°. pro frē
Maomethis in palatio cuſtodiri iubet. Nos veri periculū
ad grecos remittimus. quāuis multa in hiſce rebus figmē
ta interuenire non ignoramus. Et ſepe tonſoris filios re-
gio defungi honore viderimus. Maomethes igit defun-
cto Amurate gubernacula regni ex voto adeptus. Jnſti-
tuta maiorū p ingenio correxit. leges ipſe ſuas domi foriſqꝫ
tulit: erariū locupletauit. noua vectigalia excogitauit copi
as auxit: i proceres aut aulicos ſeuire ꝯtumeliari ve cepit h ē
ille Maomethes q̄ ꝯſtātinopolitanis vtē innuimꝰ bellū in
tulit. d quo nūc referre q̄ accepimꝰ haud alienū fuerit volue
rat iā pridē animū Maomethes qm mō Cōſtātinopolim
ſibi ſubigere poſſz. Neqꝫ ad ſuā gliaz pertinere arbitrabat
Vrbem in medio Turchorum ſitam eſſe. que ſuo Jmperio